



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. IV. De Eucharistia, reliquis Sacramentis, & Reliquiis Sanctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

liberè significet, quæ Divinum obsequium dictaverit, etiam si ab eo nihil rescierit, sed aliunde comperta sint. e

e Or. c. II. § 4.  
5. 6. 7. 8. 9. &  
C. 5. D. 47. 48.  
& 79. 80.

4. Quoad Societatem attinet, illud curet; ut huic potius, quàm sibi, Principis benevolentiam conciliet; ejusdemque animum sic affectum retineat; ut quando-cumque Superiores judicaverint expedire ipsius mutationem, prona omnia nanciscantur. f

Erga Societatem.

f Or. c. II. § 12.

SECTIO IV.

De Eucharistia, reliquis Sacramentis, & Reliquis Sanctorum.

1. Eucharistiam in suis Ecclesiis Societas servare potest. Quod cum decenter fieri debeat: sit clavi obserata, & saltem decimoquinto quoque die innovetur. Poteruntque Nostri eam quibuscumque Christi Fidelibus ad eas accedentibus impertiri; excepto tamen die Paschatis, & mortis articulo, nisi necessitas urgeret. Quare nostri Sacerdotes admonere illos debent, qui sibi confitentur, à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis inclusivè, debere semel in sua Parochia communicare, exceptis iis, quos jus excipit.

Eucharistia servanda, & quatenus administranda.

g Paul. III. p. 49. & P. 7. c. 4. §. 5. & R. Præf. Eccl. 16.  
h P. 7. c. 4. D. & R. Sac. 27. & R. Præf. Eccl. 27.

X 2

2. Ut

*Quàm frequenter Laicis concedenda.*

*i R. Sac. 26. & In. 3. §. 8.*

*Præfetti Ecclesiæ, & Æditui munia in Eucharistia cultu.*

*l R. Præf. Eccl. 3. 4. 10. 11. 12. 13. 16. 19. 20. 31. & R. Ædit. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 13. 17. 22. 23. 24.*

*\* De reliquis Sacramentis.*

*m R. Præf. Eccl. 18.*

*De Sanctorum Reliquiis.*

2. Ut pium est, ad frequenter communicandum Fideles, exhortari; ita quos ad id propensos viderint, admonere debent; ne crebrius quam octavo quoque die accedant, præsertim si matrimonio sint conjuncti. Si verò alicubi consuetudo majorem frequentiam induxerit; Provincialis tantum erit dispensare, ut bis in hebdomada fieri possit. *i*

3. Plura etiam præscribuntur Præfecto Ecclesiæ, & Ædituo, quæ ad decentem, seu consecrationem, seu administrationem Eucharistiæ faciunt, tam pro Nostris, quàm pro externis Sacerdotibus; quæ suis locis videri possunt. *l*

\* 4. De aliis Sacramentis vide Verb. Sacramenta in Comp. Ubi conceditur administratio Extreme Unctionis pro Infirmis nostrarum Domorum; & quoad reliquos etiam in necessitate, & sine præjudicio. Asservandum igitur oleum Sanctum, ut oportet; & renovandum singulis annis. *m* Baptismus verò solum in necessitate omnibus conferri potest; ut habet jus commune. Matrimonium autem nulli, nisi in Provinciis illis, in quibus, necessitatis causâ, id à Generali Præposito permissum fuerit.

5. Mobiles Sanctorum Reliquias decen-  
ter

ter Præfectus Ecclesiæ custodiat, duabus  
 clavibus obseratas; quarum alteram ipse, al-  
 teram diversam Superior habeat. Interdi-  
 ctum verò omnibus est, etiam Provinciali-  
 bus, & Visitatoribus; ne ex Sanctorum Re-  
 liquiis quidquam ulla ratione auferant, aut  
 auferri permittant: Transgressoresque hu-  
 jus Decreti iudicio P. N. puniendi.

R. Præf. Eccl.  
 18.

C. 7. D. 28.  
 & R. Pro. 121.

S E C T I O V.

De Verbi Dei explicatione.

I. O Ccupationes universaliores, cæte-  
 ris paribus, præferri debent aliis  
 magis particularibus. Quare si utrisque va-  
 cari non potest; præstat, legere, concio-  
 nari, quàm Confessiones audire, atque  
 his similibus distineri; cum illa ad plures,  
 hæc ad pauciores Christo lucrandos diri-  
 guntur. Proponatur igitur assiduè Ver-  
 bum Dei populo in Ecclesia, in Concioni-  
 bus, & Sacræ Scripturæ, vel Doctrinæ le-  
 ctionibus. Quibus mediis omnibus, an ali-  
 cubi uti non conveniret, Superioris erit di-  
 judicare.

Præcipuum id  
 Societatis mu-  
 nus.

p P. 7 c. 2. E.  
 q P. 7. c. 4. §. 6.  
 & E. & Paul.  
 III. p. 9. & 25.  
 & Jul. III. p.  
 61. & Greg.  
 XIII. p. 250.  
 & R. Prov. 39.  
 & 99.

Ordo dicendo-  
 rum.

2. Et ne in re tanti momenti pertra-  
 ctanda quidquam diligentia prætermitta-  
 tur, non pauca servanda; quæ in Con-  
 ciona-